Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Lateinisch-deutsche Sammelhandschrift des Heinrich Otter - Cod. St. Blasien 77

Schera, Heinrich Otter de

[Italien, Konstanz], [1439-1442]

Varia

urn:nbn:de:bsz:31-51901

Visual Library

¶ Hec sunt tenenda atque servanda cuilibet
Sacerdoti volenti celebrare divina etc.

¶ Intentionis distructio — Neque propter — vanam gloriam / verecundiam / timorem — celebret

¶ Venialis confessio — Obmissis que facere poterit / Commissis corde ore et opere

¶ Pura confessio — Mortalium / Communium / Ignorationum — peccaminum

¶ Quid intendis facere — Deum placatum colere / Morte Christi et caritate commemorari / Totam ecclesiam adiuvare

¶ Quid intendis corpus principaliter — Augmentum dilectionis / Inseparabilitate unionis / Acceleratione visionis

¶ Intentione tripliciter — Diligentia ad conficiendum / Reverentia ad tangendum / Devotione ad sumendum

¶ Vitia sunt — Magna / Maiora / Maxima — in — Signo / Verbis / Intentione

¶ Propter continentiam tantum — Excellentis corporis / Excellentioris anime / Excellentissime divinitatis

¶ Ubi in mensa quicquid agas bene pensa
Ut tibi vita datur aut mors eterna paratur

¶ Mors tua / mors Christi / fraus mundi / gloria celi
Et dolor inferni / sunt meditanda tibi
Non apparebis in conspectu dei vacuus

¶ Sunt tria que vere que faciunt me sepe flere
Est primum durum / quod scio me moriturum
Secundum tedio quia nescio tempus quando — fac bu du vivis post morte ku[?] ma du belibist[?]
Tertium doleo quia nescio ubi manebo

Habe caritatem et fac quicquid vis

Nota proprietates bonas predicatoris sive verbum dei facientis

Nota

Dominus meus ihesus christus tria habuit scilicet luculentiam claritatis
in cognoscendo infallibiliter 2° habuit efficaciam virtuositatis
in exprimendo utiliter. 3° eminentiam sanctitatis vite in
vivendo salubriter Et hec tria necessaria sunt cuilibet predicanti
via docere sed predicare sine scientia regulante periculosum
est sine facundia exprimente est infructuosum Et sine
vita verbum confirmante est ignominiosum ¶ Nota qua-
druplex est fur Primus est dyabolus animam furantis

Nota

Jo. x. fur non venit nisi ut furetur Secundus fur detractor
honoris eorum prov. iiii est fur iniqua Tertius fur est
inanis gloria mercedem eternam tollendo. Math. vi Amen
dico vobis receperunt mercedem suam scilicet temporalem. Quartus
fur est dies domini improvise veniendo Thess. iiij. dies
domini sicut fur ita in nocte veniet A primo fure scilicet dyabolo
debemus nos custodire ei resistendo. Ja. iiij. Re-
sistite dyabolo et fugiet a vobis A secundo fure scilicet a
detractione cor nostrum custodiendo 1 Pet. ij° Conversatione
vestram inter gentes bonam habentes A tertio fure scilicet in-
anis gloria bona nostra occultando Math. vi° Attendite
ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus A quarto fure
scilicet die domini eum semper in sanctitate expectando Math.
vigilate quia nescitis etc. Ad quod nos christus perducere dignetur etc.

Nota prima virtus contritio Secunda confessio Tertia satis-
factio Quarta vera devotio Quinta letitia in bonis
Sexta perseverantia Septima abstractio carnalium desid-
eriorum Octava augmentatio bonorum operum Nona sensatio
divine dulcedinis Decima contemplatio in deum Undecima
flagitatio ignita in proprios pro bona opera Duodecima in-
tentio recta et sensatio vite eterne ut omnia inde
comprehendamus Et has virtutes per xii menses apprehenda na-
turaliter et spiritualiter etc.

Nota homo compositus est ex duabus naturis scilicet corpore et anima Corpore
sive de anima habet virtutem concupiscibilem per quam sic delectabile
concupiscit Et virtutem irascibilem per quam fugimus nobis adversa
Sed in anima scilicet spiritu habemus puram et claram intelligentiam
et voluntatem perfectam secundum quod possibile est homini in hac vita
Et in hiis duabus virtutibus predictis sunt impeditur personali-
tate corporis quam oportet separari Alias ille virtutes habe-
re non possumus etc.

Credo ebriorum sive species ebrietatis

Alia materia require in fine libri presentis +

Quando bibo primo · cupio plus pectoris ymo
Succedis fundo · iubilo dum poto secundo
Per ternum potum · iam fit michi vinum notum
Me potus letum · quartus facit atque facetum
Et potus quintus · mentem letam facit intus
Quando bibo bis ter · sum qualibet arte magister
Potu septeno · velut ebrius sum sine freno
Potus bis quartus · sensus michi tollit et artus
In potu nono · vinum vix sentio quo no i. nato ab ae
In potu deno · demens sum gutture pleno
Et labor unus · erit evacuare cyphos
Ebrius atque fatuus · hys certe modis variatur
Hic canit hic plorat · hic est blasphemus hic orat
Hic est pacifficus · hic est nullius amicus
Hic saltat letus · hic est sermone facetus
Hic loqui nescit · hic respuit ille pigrescit
Hic est clamosus · hic est verbis viciosus
Disputat hic ille · currit per compita ville
Hic servit veneri · sompno vult ille teneri
Hic dextrum iactat · socium feriendoque mactat
Hic vomit ille vorat · sic bachi turba laborat

Deus qui virtute vini et fortitudine · Oratio · Collecta
ipsius multorum capita dolere fecisti · concede
propicius ut qui serotinali potatione leduntur
eadem reiteratione matutinali curentur
Trisphinum costrum etc. Et ornatus in claustro capell.
Magni hausti tredecim sonuerunt in gutture dulces
Versiculus: Ad fundum bibe oculos spectans ore recepte.

Ordinis sancti Eucharii Anno 1441

Religio — tibi nil vale — si mundus ama — tuae
Religio — sine corde pi — non appretia
Religio — non principi — sed fine pro

Quod autem ihesus xpistus assumpsit Jacobum Johannem et petrum
et ascendit in montem et cetera per petrum intelligi constans in
fide per Jacobum luctator contra vicia et spaliter contra
carnem mundum et dyabolum per Johannem intelligitur homo in gratia
dei existens et spaliter in diuina caritate et quod coram
illis glorificatus fuit dominus ideo in hoc intelligere quod coram
illis glorificatus volt in spali glorificatione sic eis in cordibus
ipsorum exhiberi qui sunt stabiles in vera fide in firma luc-
tatione et in caritate diuina moyses eciam ibidem
apparuit sicud eius anima extracta fuit de limbo eius corpus
resuscitatum de terra et postea utrumque anima in locum pristinum
reposita et corpus iterum resolutioni tradita post illam
glorificationem helyas eciam in curru igneo ibidem transductus
fuit et post illam glorificationem dei iterum in locum paradysi re-
stitutus et hec glorificatio fuit transiens et non perma-
nens sicut fuit quedam raptio pauli facta non per-
manens sed cito transiens sicut claritas solis aliquando
rem perfundit suo splendore et ibidem non diu permanet
sed preterijt et transijt sic fuit illa glorificatio et cetera

Et dicit quod habuit duos filios — Quod autem ihesus xpistus intelligitur per hominem qui habet
duos filios scilicet bonos et malos per filium seniorem
intelliguntur boni per iuniorem mali et sic ille filius
minor petijt hereditatem a patre sibi dare et illam ex-
pendidit in terra longinqua luxuriose viuendo
per quem intelliguntur mali qui petunt hereditatem sibi dari idest
dona naturalia dona temporalia et dona gratuita et omnia illa
colligunt et in usus ponunt scilicet in propriam voluntatem et
omnia illa luxuriose expendunt idest ad voluntatem carnis et
non dei expendunt Sed boni intelliguntur per seniorem filium
qui semper cum patre mansit omnia tenens scilicet boni heredi-
tatem sibi a deo patre traditam sed ad eius honorem expendunt
Naturalia in bono et in malo uti possunt — scilicet naturalia a sinistra manu / gratuita a dextera sapi-
ens eius corde potentia a parte dextera temporalia
a parte sinistra mali expendunt eciam in regione lon-
A sinistra intelliguntur bona temporalia. — ginqua dissimilitudinis Sed boni semper in volun-
tate dei permanent unde per graciam tandem per gloriam amen